

Nihilominus ipsos Prælatos regulares per-  
supradicta minime hanc habere auctoritatē.  
Neque his obstat, quod regulares nō sunt pe-  
ccatoris conditionis, quām seculares. Vnde cū  
ipsi seculares possint absolui ab Hæresi occul-  
ta à suis Episcopis, videtur dicendum, quod  
regulares possinti absolui ab eisdem criminē  
occulto ab eorum Prælatis iurisdictionē qua-  
si Episcopalem habentibus. Nam responde-  
tur, non esse peioris conditionis in hoc regu-  
lates quām seculares, cum ipsi regulares pos-  
sint sub mīti iurisdictioni Episcoporum re-  
nunciando priuilegium exemptionis, quo ad  
hoc, & sic absolui ab eisdem, iuxta doctrinā  
Federici Senensis, quam sequitur doctissi-  
mus Nanarius. lib. I. Consil. tit. de Officio  
Ordinarij. Consil. g.. Hæc dicta sunt secluso  
quocunq; priuilegio. Verba sunt prædicti pa-  
tris, & maxime consideranda, nam forsitan  
scripsit propter ea quæ habentur in Compen-  
diis Societatis Iesu, tani Indico, quam manu  
scripto, verbo, Absolutio. Et in Compendio  
Indico doctissimi patris Magistri Alphonsi  
à Veracruce, verbo, Absolutio. circa finem.  
¶ Frater Alphonsus de Casarrubios Hispa-  
nus, in suo Compendio, verbo, Absolutio quo  
ad